



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

I. Attendendum Aduenis, ne alios inficiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

ur; neque difficile erit impetrare.
 Sumptus, qui erunt necessarii pro
 Missis, processionibus, aut similibus,
 fieri debebunt ex communi arario, in
 quo eleemosynæ piorum Sodalium
 viuentium, aut morientium asserua-
 buntur: Cauendum autem erit maxi-
 mè, ne sordidè & durè exigantur; id
 enim malè olet, & sapit auaritiam:
 Rationes reddentur quotannis, cùm
 magistratus, si opus sit, nouus creabi-
 tur, circa festum Patrocinii.

CAPVT III.

De curâ scabiosarum ouium.

NUM: I.

Inquirendum in Aduenas.

Monet Sapiens in sacris Prouer-
 biis Pastores tum ouium, tum
 animarum, vt probè cognoscere stu-
 deant, quos regendos suscipiunt: *Di-*
ligenter, inquit, *agnosce vultum pecoris*
tui, tuosq; greges considera; non perfun-

O 3

etoriè

storiè scilicet, sed diligenter, neque
 ex obscuris tantùm notis, aut tenui-
 bus vestigiis, sed ex vultu, qui spe-
 culum est animi; atq; ita nôrat sua
 ouiculas Euangelicus bono ille Pastor
 vt etiam nominatim singulas educa-
 ret. Maximè autem cura, & diligen-
 tia adhibenda, vt eas agnoscat, qua-
 scabiosæ & morbidæ sunt, ne reliqua
 de grege inficiant. Itaque in primis tibi
 attendendum exteris, qui secum cor-
 ruptelam, & labem inuehunt, moros-
 inquam, deprauatos, primò latentem,
 deinde patentem animarum pestem
 quare, quinam, vnde & quorsum.
 Alienigenæ in tuum ouile irrumpant,
 vigil, sedulusque explora, præsertim si
 non obiter hospitaturi aduentent, sed
 sedem, domiciliûmque fixuri: Inquire
 igitur de statu, solutine sint, an con-
 iugati, quos habeant in familiâ, cuius
 artis, cuius religionis, quorum morum,
 quas literas habeant vitæ probæ testes,
 præsertim si homines viles appareant,

vaga-

vagabundi, aut qui inter gregarios milites aliquandiu vixerint. Porrò tria sunt potissimum genera scabiosorum hominum, qui à corruptelâ, & contagione alios maximè corrumpunt; neque Aduenæ soli, sed etiam non rarò Inquilini, & quidem, sub ouinâ nonnunquam pelle, lupi animarum: quibus noscendis primùm incumbere debes, tum verò studere, vt vel ex lupiscues euadant, vel in suâ pelle appareant, fugiantur, & nocere desinant.

Eiusmodi autem sunt homines meretricii, magicis artibus dediti, & omnium pessimi, hæretici, in quos propterea maiori curâ, & studio inuigilabis.

NVM: II.

De Meretricibus.

HÆ lupæ plerumque in meritoriis tabernis, & Ganeonum gurgustis latitant, nonnunquam tamen in splendidioribus ædibus; vt hæ non